

contemnuntur: Quod Catonis dicto cō-
uenit superius relato, de furibus publicis
ac priuatis. Dies autem deficiet, si pergi-
mus Philosophorum vniuersa complecti.
Iam igitur & Poëtis Graiis aditum pan-
damus.

HOMERVS.

Homerus Vlyſſem ſuum, ſub cuius
nomine virum ſapientem ac fortem
vult intelligi, Terra marique iactatum
fecit, & carminibus ſuis toto penè orbe
circumtulit: Quod imitatus vates noſter,
Aeneam quoque ſuum, per diuerſa ter-
rarum circunducit: vterque conſulto, vix
enim fieri poteſt, vt aut ſapientia con-
tingat inexperto, aut experientia ei, qui
multa non viderit: Vidiffe autem multa
hærenti in vno terrarum angulo, vix po-
teſt euenire.

SIMONIDES.

Simonides Poëta, ſuauiſ & vir doctus ac
ſapiens (vt ait Cicero) ab Hierone
Siculo rogatus edicere, quidnam aut
qualis eſſet Deus? ad deliberandum v-
nius diei ſpatiũ popoſcit: Id cum fluxiſ-
ſet, reuocatus, & quod pridie quæſitum
erat, iuſſus abſoluere: biduum postula-
uit. Eo ruruſ elapſo, petiit quatrimum,

&